


Di giovan moscii ...

ANTONINI PONTI CONSENTINI

Rhomitypion ad Reuerẽd: D. dñum Io: RVFVM Archiepm Consentinum quam dignissimũ. Vbi dum omnia, quæ notatu sunt digna Vrbis ROMAE & noua, & uetera breuiter, & facile scribuntur. Ingeniose ēt depingit huius Mundi uarietas, Insania, & fragilitas. Habet hic quoque totius terræ Situs, Aeris, & superiorum oium cognitio. Quicquid est ab ultima circũferẽtia ad centrũ uniuersi. Et demum breuissima Cosmographia. quã adhuc nemo sic tentauit.

Cũ gratia & priuilegio





Axis quinque gradus· restat Rhamnusia, uolue,
Summus· perfectum sic tibi fiet opus.

IO:RVFVS Archiepiſcopus Cōſentinus Maximiliano Tranſſyluano CAROLI CAES:a ſecretis. S. P. D.



Omanarum rerum Librum nō ſane inelegantem Antoninus Pontus uir Conſentinus mihi Inſcripſit. Credo ut ſuæ patriæ ſatisfaceret. Quem ego nō ſine delectatione percurri, cum ho minis ingenium mihi ſatis per ſpectum antea foret. Sed iudicio meo non ſatis cō fiſus, putaui non bene ei relatā amoris gratiam, niſi eos tāti muneris participes facerem quos & amiciſ ſimos cognoſcerem, & ſagacioris naſi. Inter quos quom tu mihi in primis oblatus ſis ī utraque re præ cipuus ſi librum hunc ad te non mitterem, tuo etiā tutandum patrocinio (licet norica arma ſecū ferat) nō utriuſque amiciciæ dignam rationem habitam putarem. Illum ergo, quo miſſus eſt animo accipe, perlege, & tuere. Plura. n. occurrent ceu ex ſitu, & carie antiqua erepta, nec tuo guſtui, quippe qui hu iuſmodi ſcribēdi genere plurimum delectaris, alie na. Vale. In Vrbe Roma Tertio nonas Mar tias. M.D.XXIIII.

Petrus Paulus Victorius Romanus.
Amphion Thebas. Troiam construxit Apollo.
Hic reficit Romam. scribit & orbis opes.

Alexander Victorius Romanus
Orbem Roma fuit totum complexa. libellus
Vtrunque. est Roma maior, & orbe liber.
Insuper hic animos sopitos excitat. Aude
Romule. Sic iterum Publius, Aulus eris.

Ludouicus Aeneobarbus.
Seruant ingentes angusto in pectore sensus.
Dum thyma cecropiæ depopulantur apes.
Pectore in exiguo regnat dum maxima uirtus.
In patriam Tydeus uictor ab hoste redit.
Aequora dum uoluunt ingentia saxa sub undis.
Nil retinent paruo charius obsidano.
Dumque Syracosius totum complectitur orbem
Arte senex. homini cuncta subesse probat.
Sic priscæ Pontus renouat dum mœnia Romæ.
Præstrinxit cunctas Vrbis, & orbis opes.

Idem
Quondam Falcifer, ah scelus nefandum,
Saturnus pueros uorabat omnes.
Quos partu simul edidisset almo
Terræ numen, & omnium deorum
Mater. Quam tumidi uehunt leones.
Nec ditem potuit tamen uorare.

Quin regni Stygii Imperaret umbris·
Nec patrem superum polo intonantem·
Iunonemque minus·minusque Pontum.
Pontum, Qui liquidas gubernat undas·
Pontum, qui dominus perennis undæ est·
Sic, sic perpetuo, & perenne Pontus
Viuet·Qui decus est nouem Sororum·
Donec fluctiuagis tumescet undis
Nereus·Sydera donec in supremis
Fulgebunt domibus·ligabit umbras
Donec Styx miseras nouem catenis.
Cui do tempora Calcidis Sibyllæ·
Et Gerenniaci uiri senectam·
Hebes perpetuam deæ Iuuentam·
Ac phœnicis auis uices renatæ.

Lucas Petronius Consentinus.
Excusum modo qui legis libellum
Ponti sed studiis laboriosis·
Adlatres licet usque, & usque uates·
Et tetrum in reliquos uomas uenenum·
Hinc te dimoueas procul monemus.
Parua est pagina nostra·sed fatemur
Magna in tam modicis latere chartis
Rerum pondera. Nanque Roma priscos
Agnoscit proceres, suosque mores,
Et se, Mœnia, dirutasque turres,
Portas, balnea, Porticus, Colossos,

Arcus,Colliculos,uias,theatra·
Tandem quicquid habet Noua & uetusta
Vrbs hæc romula·nec potes negare.
O,quanto ingenio secat meatus
Cœli·Tum pelagi satis superque
Anfractus memorat.Satis recenset
Terras,tartara,spiritus beatos.
At tu quid dubitas Amice lector
Ponti delicias tui diserti
Nunc gestare manu tua benigna?
Munus grande domum referre credas·
Quantum rettulit Hercules Atlante
Quum natas querulo patri reduxit.

Io:Horonius Melliensis Salentinus
Non sic in priscam remeares Roma figuram·
Si tibi Dinocrates uiueret arte grauis·
Si Philo Cecropius·Si qui certamine belli
Grande Syracosii lumine finxit opus·
Non si qui septem diuo miracula mundi
Finxere ingenio semper in orbe forent·
Pontus uti reuouat culto tibi Roma libello
Thermas,Stagna,uias,templa,Theatra,domos.

Agathius Basilius Consentinus
Qui septena cupis nunc culmina discere Romæ·
Anfractus pelagi·Templa superna Iouis.
Munere perdocti Ponti labor omnis ademptus·
Pagina in hac pingit quicquid in orbe manet.

Io: Longobardus Oenotrius

Romulus est princeps Romanæ conditor arcis.
Quam reparat Ponti dædala deinde manus.
Idcirco debes Authori regia Roma.
At Ponto debes nunc renouata magis.
Ille dedit nomen, ruituraque mœnia tandem.
Aeterna hic tribuit sed monumenta tibi.

Raymundus Lepidus Sulmonensis.

Dum Pindum repeto Phœbum uisurus. ad undas
Exhaustas uenio, prataqua Pieridum.
Qui factum? Clio respondit. Pontus & undas
Exhausit, lymphas, flumina, stagna, lacus.
Quis tribuit tm̃? Phœbus. Cur? Nã captus amœno
Eloquio. laurum præbuit, & citharam.
Qua terræ, & cœli tractus. Qua Maxima Roma
Sub se quid teneat scriberet arte breui.

Io: Petrus Pontus Fratrer


Quã bene multa breui speculo resplẽdet imago.
Tam bene in hoc paruo codice Roma nitet.
Ignibus inde sacris sublatus ad astra, meatum
Aetherium, Manes tartareosque docet.
Arcanosque dei sensus, animosque beatos
Ambrosio memorat nestoris ore senis.
Cosmon (& hoc mirum) pagella Pontus in una
Sic notat. ut pateant singula regna satis.
Ponte tuis ergo chartis manifesta laconis
Alta simul debent infera cuncta tibi.

Pontus ad Librum.

Parue liber, magnus, raris placiture, futurus
Cultior, & maior si tibi fata darent.
Et uideo, & doleo, ſubiturus docta Theatra
Quod nimium ſtolidis inuidioſus eris.
Sed ſi quam mitis fauit natura fauerct
Fortuna. Heu Romæ facta nouerca bonis.
Vltima poſteritas cantaret Pontia. Mecum
Tu paruus poſſes peruolitare polos.
Hc̄ unum moneo. Naſuti crepida tantum
endant. In reliquis inuida turba tace.

Antonini Ponti Cōſentini Rhomitypion
ad Reuerend. Dominum. D. Ioānem
Ruſum Archiepiſcopum Conſen
tinum quam digniſſimum.

Proœmium.



ET ſi Homo breue temporis præſtigium Ruſe Antiſtes digniſſime duplici ſubſtantia compoſitus · corporea hac, cæca tamē, & labili · ac mentis illa diuina, & ſemper exiſtente, ſolus ratione inſignitur. Tamen dum altera pars exterior uariis irretita laqueis, laxiſque habenis ſupra quam deceat ſui ſtudioſa premit deorſum · Altera interior ſuo ipſius orbata lumine, modeſtoque rationis infracto freno, huic ita inhæret, implicat', & fit unū · ut ipſam ad uſque perniciem ſui perdita detrahat obliuio · etiam duce filo a blandis ſubdoli labyrinthi erroribus neſcia ſe extricare. Maiores ob id noſtri his paululū exuti moleſtis ponderibus · utriuſque hominis alteram alteri repugnantem naturam perdiu, multumque admirati · ac ideo pene cūctos ſubinde perditum iri · a primo rerum primordio quæcunque memoratu uiſa ſunt digna · ad huius ſemper labantis uitæ eruditionem, literis pro uiribus cōmiſere. Quæ hiſtorias appellauerunt. Inſtruentes omnia inſima aſcendere · ſuprema de

Hō qd'
Hō qualis'

Hiſtoria ad quid.

, cidere·& tamen neutris esse fidendum · Vt his, & huius rationis sapientum probatis periculo consi liis noster intellectus quid expolitus·& se ipse al/ tus erigat·& recidiuam mẽtem æquo rationis mo
, dulo ad sui plenam perfectionem componat. In/
, telligens præterquam ipse, cætera omnia, eorum
, dies, & nomina morti esse emancipata : Quæ res
Hõ flos ĩ haud quaquam exempla desyderat. Nanque nos
agro. , homunculi perinde ac mense Maio in uiridi cam
, po matutini flores·nõ modo nosmet, facta nostra,
, ac gloriam uesperi interire, marcescere, & extin/
, gui·Verum etiam & lapideos montes labi·& ter/
, ras, ac maria mutuam pati uicissitudinem uide/
, mus. Quo circa me destinante prudens meæ naui
Ruforũ culæ gubernator quod clarissimo Ruforum gene
gẽus cla ri, ac tui lati nominis amplitudini propemodum
riss: ꝯueniret (meis licet lassis humeris onus indignũ) breuiter quicquam, & non plæbeium cõscribere. Ingens, ac supra meos cogitatus se usque motan/ tis Romæ species meo calamo ultro se obtulit. Quæ quondam felix quom rerum domina florue
Petra cle rit · & nunc quoque electa eam Petra sustineat:
cta: Hoc etiam minuto, ac uerecundo in libello huius laborãtis mũdanæ molis, & semper uariæ, quoad eius fieri potest·partes integat, & typum. Quem ra cematim ad meam tantum intelligentiam (ut ui/ des) & memoriam compilatum · Quom tibi in hyampeis iugis uberiore campo sim orsus modu/

lari. Tempora hei mihi dura, cantibus ſtricta, uel ſeclusa meos ut priuigni auſus repulere. Suſcipe tamen hos, quæ abotitæ mei ingenii ſunt fœturæ, quo hilari uultu cætera ſuſcipis. Si. n. nõ ſunt ii ut æque in celebri ſuggeſto ac quid Praxitelis ar te reponi poſſint. meæ tamen humilis obſeruantiæ debitos conceptus in tuæ dignitatis meritum cultum haud dubie tibi doctiſſimo ſignificabunt.

Pontus Tẽporis ꝑuignus



Vom igitur ego in annorum pene medio per multa tũ maria, inſulaſque, tum urbes præſul benigniſſime tranãdo ꝑegre iiſſem. raptus quodam (cæteris omnibus abiectis) ingenito ſolum ardore ipſius ueritatis inquirẽdæ. perpeſſus & in fluctuante pelago, & arentibus terris multa etiam patientiſſimo Ithacenſi licet palladio forriter uix tolerãda. quæ triſtis fuit aſperitas arctæ uiæ per loca indiga a me lapſus: tempeſtati aliquantiſper, & tempori cedens. pedem fixi debilis. Vbi reiectis multis animum molliter fouere promittentibus: et ſi pleraſque adnotaram Reſp: tum ſublimium uirorum ingeniis mire inſignitas. tum moribus, & legibus bene, & ſaucte fundatas, & inſtitutas. ut haud difficulter alteras diceres doctas Athenas, aut moratam Lacedemona. tamen quo ulterius has lu

Vlyſſes patientiſſimus

Vrbis Ro: excellentia

ſtrando, anxius progrediebar · Labanti mihi nulla mehercule ciuitas hac undoſa, cuius clarum nomẽ me fucatæ quietis mille exemplis ineſcauit · magis aut antiquitate, aut excellentia, aut authoritate credulas aures, ac imperitam mentẽ percuſſit, & denique diuertit. Dum.n.ad Regum pro noua urbe ampliãda peruigilem uirtutem me reflecto · ad Bruti, & Faſcium receptorũ pro libertate, uel recuperanda, uel retinenda fortem audaciam · ad Coclitis in ponte ſublicio ſtrenue reſtitantis pertinacem fortitudinem · Scæuolæ crudã tolerãtiam: Trigeminorum, Deciorumque, & Fabiorũ promptam animæ effuſionem · non caducam Scipionũ gloriã · Fabricii largas in paupertate diuitias · Curii Imp. inuicti ante focum frugalẽ cœnulam · Cæſarum etſi ambitioſam, profuſam tamen liberalitatem · Catonum nõ humana conſilia · & demum ad illuſtreis alios · quorum in egregio uirtutis ſplẽdore hiſtoriæ omnes immerguntur · En ueteri illa Roma, Qui ſuus fuit non uulgaris politicus candor · me ad ſe ſupra modum adliciente · ac mirabiles ſui uidendæ meo in animo igniculos ſuſcitante? Iſta poſt, quæ noua nunc dicitur, ab illa prorſus ĩmutata, me auidũ recepit fremebũda. Quamobrẽ ego ſolus, & pedes altero fido Achate comitatus · ab oriẽtis auerſi regionibus · itineri pariter accincti · dum Flaminiæ uiæ antiqua monumẽta carpimus mirabũdi · Ipſe totus in me, ſenſibus omnibus, mẽ

Maiorũ Ro. uirtus.

Roma uetus.

Roma noua.

Fidus põti Achates.

flaminia uia.

teque collectis. Huius mihi tantũ auditæ urbis ſpeciem, uel ut illi dicunt ἰδέαν, quo ad ſagacis eſt humanæ ſollertiæ in mente informans, animo repræſentaui. Paruulam quidem primo, mox tantam: ut mea iis uidendis non aſſueta imbecillis intelligentia, eam contemplari non ſuſtineret. Quandoquidem ſubnubilum quoddam, & aggregatũ interioribus oculis offerebatur: ut ſi id quinque Zonis diſcretum eſſe proſpexiſſem: alterum facile orbẽ mihi eſſe induxiſſem. Sic progrediens ipſe hac in obiecta forma: primum (& quia numerus eſt perfectus, & quia adeuntibus primo ſe extollunt) ſeptẽ monteis, inſtar unius arcus, ſi Tyberis pro chorda tẽdetur: Tarpeium, Auentinum, Celium, Palatinum, Quirinalem, Exquilinum, Viminalem tacitus per fumoſos uapores proſpectabam. Miſſos facio Iordanum, Ianiculũ, & Vaticanum, Hortulorum quoque, & Teſtaceũ, Citatoriũue, & paruulos illos Ceoliolũ, Veſtalium Tumulũ, & Sacrum: quando præter iſtos, ea Septicollis diceret. Itaque mecum memet his in collibus auream uitã Pici, & Fauni: felices caſus Itali, & Euãdri: Herculis ſimplex hoſpitium: nec non & pugnatoris Aeneæ fatalem ſedẽ: ac perpetuum ob dextros ſyderũ aſpectus Romuli iactum floruiſſe cõmentante: quorũ pingui memoria euenit poſteros etiam honeſtari: etſi iſtorum adridenti fortunæ inuidebam: quorum non præuiſus ortus in huiuſcemodi præclaram patriam: ſed

Romæ Idea

Septẽ urbis colles

Alii urbis colles.

Aurea uita Picii, & Fauni & reliquorum

Poſteri Romanorũ clari maiorũ mẽoria.

quodam fortuito casu, ui arcana sic mouente, est
delapsus. Tamen mihi ipse lætus gaudebam tanti
Vis Virtutis. eximii ponderis esse uirtutis Aeternum munus ut
id non modo qui rationis sunt participes sed etiã
monteis, syluas, tuguria ĩmortalitati quam latissi-
me cõmendaret. Deinde pedetentim flexuosas in
Amphiteatrũ Vespas: cõualles inferius descẽdẽs, labilẽ de hominũ gestis
memoriã ingemendo hinc dirutum magni princi
pis Vespasiani Amphiteatrũ inde, quod euanuit
sepulcrũ Adriani. Augustorũ, aut Aelii Adriani lachrymabile sepul-
chrum tristis intra me instaurabam. Incusans tamẽ
Romanorum oscitantem ignauiam Qui suæ uir-
tutis uetera insignia, siqua tamen restant, ante ocu
los decidere patiunt et subuersa, quo pacto resur
Caligulæ obelisc⁹. gant minime procurant. Mox accedens aliquãto
propius per exalantem, & spissum aera modo co-
lossos, Pyramides, Obeliscos, Caligulæ in primis,
modo stanteis bene gestarum rerum præcelsa mo
numenta geminas columnas, arcus quoque trium
phaleis, ac turres sydera ferientes, cõtractis ciliis
discernebam. Et licet his multo plura, & fortasse
Tẽporis inuidia. magis superba illorum satis spectata magnificẽtia
longioris uitæ percupida spectaculo posteris exhi
buisset. Tamen ea hostilis furor, uel tarda magnis
rebus temporis inuidia funditus subuoluit. Et eo
Aquæ ductuũ ruinæ. usq; ut nunc nihil, nisi longæ rerum lachrymæ, ui
riles gemitus, & alta sint suspiria supra suspiria.
Quin etiam longa arcuum, fornicumue de Aquæ

ductibus interrupta series, ac minitantes ruinæ. Qui per tot millia passuum a diuersis & quidē mu nificis regio sunt, imperatorioque perducti ap/ paratu. nec non lautis in uillis parii lapides effossi, Arabicus Onyx, & Aegyptius porphyrites autho rum mihi splendidum animum in memoriam re/ ducentes. amoris ardentem in eos titillatum meis in præcordiis insinuabant. Vt me cum illis una ui xisse. ac hominem simul deuestiuisse. tam libēter, quam prompte percuperem. Opus. n. erat. quan/ tum ruinosa nunc coniectura capi potest. non hu manis uiribus, sudore que. sed uastis cyclopum (ut dicunt) fornacibus, aut lyra eductum. Hac de re qui ingens in eos amor antehac ab auribus tan/ tum erat. quæ munificentiæ natiua est præstantia. Quæ, quos nunquam aspeximus. quoniam libera li hac uirtute excellunt, cogit, ut diligamus. nunc ab oculis, tam pulchre gemmantis animi ingentia opera cernēdo. in mei animi intimis sedibus se re cipit, infoditur, & nidulatur. Vt illis uirilem ani/ mum dumtaxat de homine datum esse. reliquis, ne huius species qualis erat. a posteris ignorare/ tur. apparentiam tantum illitam esse. asseuerare auderem. Per eos autem Herculeos longos sipho/ nes, fornicesque illæ tam sumptuosæ aquæ pro uariis usibus in siticulosam urbem influebant. Illa omnium saluberrima, ac deoum munere da/ ta Martia ab ultimis Pelignorum Montibus a

Aquæ urbis.

Martio rege in Capitolium · & inde in Auentinū a Traiano perducta · Claudiaque, duobus fontibus Cœruleo, & Curtio mista·et Virginea, quæ Herculeæ renuit immisceri · Anioque nouus, & Vetus, a M. Curio cens: cū L. Papirio perductus· Iulia etiam a M. Agrippa introducta · sicque ab inuentore etiam appellata·et Tepula, in Capitolii iuga a P. Cassio Longino, & Sernilio Cœpione censs: post samnitici belli initium ab agro Luculla no deriuata. Aliæ simul erant·ut Aurelia, Halsia, quæ & Augusta, Algentiana, Antoniana, Alexandrina, Ciminia, Septimiana, Damnata, Sabatina, & Seueriana. Quibus quidem per cameratos elices alludētibus illa tam spectatu pulchra in urbe tunc uisebantur oblectamenta·Naumachiæ, Piscinæ, Nymphæa, Thermæ, Balineæ, Balnea, Putei, & Lauacra. Ex his autem omnibus tam magnificis, tam splendidis, tam superbis etsi colligerem nullius esse tam sollers ingenium, qui tam uirentis animi splendidam gloriam eloquentiæ nitore possit æquare·non græcorum, qui huius candidi artifices extiterunt·et qui cum ipsis eam natam, & cum ipsis iam defecturam putabant · nō Romanorum, qui magnanimi omnia quom superarint · in se ipsis tamen laudandis ut uicti succumberēt·nō si ex illis reuiuisceret Antiphon, Rhamnusius, Lysias, Cephalus, Isocrates, Isæus, Eudocides, Lycurgus, Hipperides, Aeschines, & Domesthenes:

P.R. munificētia

Oratores græci.

Non si ex nostris L. Crassus, M: Antonius, P. Sulpicius, Q. Mutius Scæuola, C. Cotta, Q. Catulus, Iulius Cæsar Frater, Cæsar dictator, Catones, Q. Cicero frater, & ipsa eloquētia Cicero· Contra tamen pendentes murorum minæ, Colossorum iacētes trunci, mediæ statuæ, sepulchra eruta, colūnæ ꝯfractæ, arcuū triumphaliū indigna ruina, si paulum quis audiēs in hæc descenderit· omnia clamabunt· Conatus hominum irritos· humana etiam in diuinis interire· honores fluxos· memoriam caducam· uires uitreas· & denique gloriam, qua mortē quisque subimus, effluere. Vnde Mœnium ambitus cum circumlati Pomœrii longo tractu, permēsus (o mirum) uiginti millibus passuum· etsi Aurelii Imperatoris gigāteæ ampliationi statur (si id tñ aliter intelligi non debeat,) ad quinquaginta· munitus sexcentis triginta quatuor altis turribus pinnas, propugnacula, deambulatoria, uigilum receptacula habentibus· cœloue contendens · Ecquid nisi exoculatæ fortunæ dealbatis tectoriis, uirrum superbis consiliis, in aere fabrefactis turribus silendo cōmonent· nullatenus esse fidendum? Portæ simul urbis ex triginta septem (quantum librorum diffultās memoria de earum nominibus, uel fracta marmora edocere possunt) recognitæ · alto marmore quondam munitæ· ac titulis, & inscriptionibus illustratæ · Romuli in primis quadratæ urbis Mugonia, Carmentalis, Pandanaque · Et intra ur

Mœniū ambitus.

Portæ urbis.

Vrbs q̄drata.

bern Ianualis·Flumentana etiamnum,Collatina, Gabinia,Quirinalis,Collina,Viminalis,Exquili/na,sub Tulli aggere,Lauicana,Celimontana,Metrodi,Latina, Capena,Trigemina,Portuensis,Aurelia,Fontinalis,Septimiana,Triũphalis,Turrio/nis,Pertusa,Iulia,Aeneaque· Et aliæ,quarum no/men tantum in chartis uix spirat·locus uero peruestigatur·ut Querquetulana,Lauernalis,Ruduscu lana,Rutumena,Minutia,& Catularia·Et itẽ aliæ· Quarum ne nomẽ quidem præsenti hoc ignauo tempore auditur· dirutæ modo,uel prostratæ·aut quæ disperierunt·uel ui,& igni·uel temporis mali gno morsu a nullo elati animi uiro refectæ,ac su/stentatæ· Mirum·una omnes manifesto argumẽto,

Vrbium munimẽ quid. testimonioque fatent̃·Claras urbes præcipue muniri non fossa,non uallo,non turribus,ac portarũ ferreo robore·sed mutua tantum inter ciueis concordia,beneuolentia,& amore in socios,uel finitimos·Clæmentia etiam in subditos·& denique omnium uirtutum sapido condimento liberalitate in cunctos·Amor.n.est solus·qui aut deuincit·aut in fide deuinctos retinet·& non superbæ turrium mi

Ordo rerum næ,uel portæ ferreæ.Ceciderũt ergo illa,quamuis (ut aiũt) Steropeia,maxime.Et ista quoque noua cadent.Siquidem omnium talis est præfixus ordo· Vt quæ nũquam fuerint·sint.et quæ sunt·nõ sint.

Nota de homine. Sic & nos aura ipsa ocyus trãseuntes homunculi, qui aliquando non fuimus·sumus· Sumus,nõ eri

mus. Melius itaque cũ illis est actum. quæ nunquã fuerint. quam cũ his. quæ sunt. Illa.n. spem conci piũt. se futura aliquando. hæc uice uersa uident se interitura. Vtrunque tamẽ est miserũ. Illa non esse. hæc non futura. At mẽtis hominũ dubios euo latus illud cõsolatur, confirmatque. Quod quia cũ haud quaquã dubitata fide serpit. sine cũctatione credamus. Principium huius hominis nõ esse. esse principium alterius & quidẽ excellẽtioris esse. Id que quom liquido constet. non est epicurea insa- nia. non desyderare (ut Cleombolus, Ambracio- tes, & Cleombrotus) incipere nõ esse. ut simus sem per? Sed ego, quamuis hic nullus, assero. nos, post quam incepimus esse. nũquam assequuturos illud nõ esse. Nam ante extremum illud non esse. quod mori dicimus. sumus id, qđ sumus. post uero illud non esse. trãsimus in alterum simplicius esse. Quã do ergo non sumus? quando non fuimus. quod non refert. Quid igitur trepidi metuimus? nihil. nisi quod nigra mens conscia sui incerta est. quo se proripiat. Incipere.n. non esse pernox sapiens nequaquam formidat. Etenim quisque satis morit senex. Qui in hac absorbentis mundi uolubili uer tigine ullũ uitæ nec esse locum cognouit. Sed hæc etiam sinuatis uelis alii, præcipueque hi palleates cucullati. ne ego longius diuertens. obiter a uiis ip sis improuidus aberrem. nec.n. multus est sudor. in ter fulta dumeta, calleisque sentosos abruptam uiã

Mors pri cipiũ me lioris eẽ.

Sapiens mori nõ timet.

Via ur- bis.

me nõ inuenire. Quod quidẽ proculdubio uideo. Eas autem totidem fuisse, præter interiores Sacrã, Nouam, Suburanam, Latam, Lauicanã, & altã Semitam, quot portæ. Quis, nisi mẽte captus inficias ibit? nisi stulte intelligamus portas tunc temporis fuisse sine exitu. Bene illud sit. has in alias se diffidisse. Verũ in his, sicut in aliis ueritas sepulta dormit. Videbantur ea de re mihi hæ quarum mutila nunc extat memoria. Quæ temporum longo liuore, sicut & cætera omnia, imutatæ erant peregrinis quidẽ stratæ lapidibus, & nigricantibus ut Appia, Latina, Campana, Prænestina, Tyburtina, Collatina, Nomentana, Salaria, Flaminia, Aemylia, Claudia, Valeria, Ostiensis, Laurentina, Ardeas, Setina, Quintia, Gallicana, Triumphalis, Patinaria, Ciminia, Cornelia, Tyberina, Aurelia, Cassia, Portuẽsis Gallia, Laticulensis, Piscina, Traiana, Annia, & Asinaria. Quæ quidẽ omnes dum me rapiunt auscultantem inter se longo uerborum anfractu admirãtur nullos in Capitolium nũc, sicut olim triũphos alte duci. neque laureatis uictoribus fercula parari. Tunc a frequenti triumphantiũ ordine, aut ouãtium maxime celebrari nunc a quorundam eremĩtarum phaleratis equis fimo passim inquinari. Tũc laute consterni nunc auare excauari. tunc aliqua ui ruptas statim refici nunc in libris, uel incisis marmoribus ne quidem ab istis inquiri. Vbi labore cõfecti quom exeuntem fere animam aliquãtulum

Veritas sepulta

Fercula laureatis parabãt.

refocillassemus·adsidentibus nobiscũ in herboso cespite Sitarchiis,& œnophoro cupientibus·ut errantium est modo poetarum·Quorum cælestis doctrina,& uerba extollũtur·erunnæ uero ne quidẽ respiciuntur·Ipse (ut soleo Harpocratem colens) exeuntium,& egredientium,habitum ab habitu, mores a moribus, idioma ab idiomate discrimina bam.Oculis deinde a me aliquantulum per fremẽ tem urbem circumlatis·instans non secus ac Aetneus Arator·Qui ubi primum nouo uere aratrum sit infossurus,oculis collustrat·hausi his tunc auribus ueluti late sonantia uẽtorum flamina in frondosis iugis,aut crepitanteis fauillas in densis segetibus per bis septies lapsas regiones undabundi populi lamenta,murmur,& strepitum . A quibus quidem omnibus sigillatim discretis·dum ipse appropinquans tali in figura & excellentis animi egregia facinora,& inexpectata amore rapior audiendi·Singulas a singulis (quod ẽdepol noluissem) suppetias sibi implorare·& neminem,nisi famelicos lupos, aut id brutorum genus accurrere·mihi & audire, & uidere uidebat. Sicque ab exteris aliæ,& quos aliquando pollens consilio Roma debellauit,aut subiuga inermeis ire coegit·modo urgeri,Impelli, in ius uocari,peragi reas,ĩ ergastula trudi,dari pessum,simul fodi,proscindi,erui,corrodi,& exhauriri misere lamentantur.Aliæ,dum ultores Brutos sibi perquirũt·aut Camillos,aut Marios,aut Scipio

Poetæ errantes.

Erumnæ uatũ uanæ.

Quatuordecim urbis regiones.

Lamenta regionũ urbis.

nes·altum suspirant·siqua est latiis uiris gloriæ umbra relicta in dies labi,denigrari,aboleri. Et siqui modo sunt Romani·q diurni uespertiliones sunt· aut muscæ in Carina monte·omnes hos aut maioꝝ nomine cõtentos esse·aut id non sibi·sed aliis etiã hostibus suo tamen sanguine,ne dum partis impẽdio comparare. Cuius quidem inurẽtis urticæ pessimũ semẽ nunc totius iam labãtis Italiæ perditos populos occupauit.ut modo hic,uel subactis,uel dirutis ĩ domibus oĩs ut de Italo sanguine uictrix saltet,aut mingat etiã ultima Europe. Sed hoc uideant isti PATRIC: Quis? boni manes Camilli, Marii,& Scipionũ.maximesiqdẽ hos puderet.eos uelle honorare,dico timere,gẽu flectere,& adorare·quos aut toties uicere·aut pepercere.

Romani quid.

¶ Quas obres Porta Capena regio primum, Quæ pedibus duodecim millibus ducẽtis uiginti duobus ambiebat·medullitus consumpta præ lachrymis,& gemitibus·dum,ut se ulcisceret per suos nouem uicos Drusianum,Camænarum,earumque ædem,Puluerarium,Sulpicii citerioris,Sulpicii ulterioris,Triũ ararum,Fortunæ obsequẽtis,Honoris & uirtutis, ipsiusque Fabricii·simul per ædes Mineruæ,Martis,Tempestatis·Perque arcus Drusi,D. Traiani,ac D. Veri Parthici imperatorũ·Per Almonẽ fluuiũ, Mutatorium Cæsaris,Thermas Cõmodianas,Seuerianasque·Per Areas Apollinis,Spei,Pinariam, Carsuræ,Galli·Per Lacus Promethei,& Vespasia

Porta capena regio pria.

ni per balinea Torquati, Mamertini, Antiochiani, Vectii bolani, Abascantiani perque domos centũ uiginti, ac insulas quatuor millia ducẽtas quinquaginta nequaquam inuenit suũ Fabricium, aut aliquem alium eius uirtutis in paruo diuitẽ hæredẽ. misera tristẽ, quam non sperabat audit ab alto uocem. Affluẽtes diuitiæ, quibus sine fine perdita seruiebas te desolauerunt. paupertas.n.dura, quã modo tu rides uel contemptui habes uirtutem limat, & firmat diuitiæ uero laxæ eam mollem reddũt, & debilem. Dic, an si Pyrrhi diuitiæ me uicissent Calabri illi Tarentini & me, & romanum nomen tũc mecum non extinxissent? pauperes ergo uicimus, diuites uero uicti decidimus. & nobiscũ mox oĩs undique afflicta o Italia. ¶ Celimontiũ deinde in ambitu duodecim millia ducentos cõtinens pedes. Quando per Campum martialem, Antrum cyclopis, Caput Africæ, Macellum magnum, Luparias, Castra peregrina, Domos Philippi, ac Vectilii, Mãsiones Albanas, Arborem sanctam, Micam aureã, Armamentarium, Spolium samarium, Ludos Matutinum, & Gallicum per cohortes quinque Vigilum, Vicos septem, Aediculas octo per domos cẽtum triginta tres, Insulasque tria millia a duobus curatoribus Claudii templi instaurationem nõ exorat a subuersa Tulli hostilii Regia, tẽploque eius, in curiam aucto ordine, redacto proclamatur. Superbia ex opum uariis congestionibus cõflata nos

Fabrici⁹ paruo diues.

Nota

Celimontiũ regio secunda.

Regia Tul:hostilii.

incautos humiles reddidit. Ex quo .n. domitis gen
tibus una cum diis uoluimus adorari· cœlestibus in
Isis & Serapis regio tertia. uisi pcipites corruimus. Quorum emersio ideo igno
ratur quia ab insanis Italis nõ cogitatur. ¶ Isis prae
terea, & Serapis Moneta regio ĩ circuitu pedibus
quadringentis quinquaginta supra duodecim mil
lia cõtenta· Arari, & iuga imponi onerosa ubi prin
cipiũ apparuit libertatis studiose inquirebat· apud
Amphitheatrica pacitas. quẽ lamentaretur· & tandẽ non potuit inuenire. In
qua & Amphitheatrum loca octogies septies mille
amplectens, & Liuia porticus, & Thermæ Titi ac
Traiani, & Subura, & Ludi Magnus, ac Dacicus,
& Samium choragium· Prætura etiam præsentissi
ma, Lacus pastoris, Schola quæstorum, Schola Ca
pulatorum, Castra Misenatium· Domus quoque cen
tum sexaginta, Insulæ septingentæ quinquaginta
septẽ supra duo millia, uici octo, & totidẽ Aedicu
læ· dum Libero Bruto obiectãt· domum eius a ru
dentium turba, & a caballis multo lotio cõspergi·
Libere, sicut erat ipse remordens clauum clauo re
trusit dicens, Et hac isti tanta licentia in me uita be
ne functum non potirentur· si uos uiui uestra nũc
Tẽplũ pacis regio quarta. abusi nõ essetis. Siqdẽ uis imperare? Impera tibi.
¶ Tẽplum adhæc Pacis, Quæ regio tredecim pe
dum millibus uallabatur· per templum & suum, &
Veneris, & Remi, & Faustinæ, & Telluris· perque
uiam sacram, basilicam constantini, sacros portus,
balineum Daphnidis, Porticũ asidatam, Vulcani

aream cum Vulcanali. Vbi Lotos a Romulo sata, ac p biduum sanguine pluuit • per buccinā simul auream, Apollinē sandalarium, Colossum radiatū centipedali altitudine duobus insuper pedibus & semis • Cuius septem radii singuli uiginti duorum & semis erāt pedū • p Insulas ēt septingentas quinquaginta septē supra duo millia, domos centū triginta octo, ac Forum transitorium, Carinas, Metā sudantem, uicos octo, & ædiculas totidem • per auitam quoque domum Ciceronum, ac Pauli Aemylii basilicam • dum stulte Magni Pompeii Cadauer in se nō sepultum esse gemeret; Paulus ille Aemylius clarissimo de Persa Rege habito triumpho insignis dicebat • Si ubi hic, & ille alter Crassus, una tertius Socius occubuisset • nec ī Ciceronis domo Latinis Barbari unquam insultassent • nec de tota Italia modo sic feliciter triumpharent. Istorꝝ enim improba regni diuisio ut stulta & grauis • ita ambitiōsa, & auara libertatem • ubi proprie pax ipsa fundat, & resp: prorsus est demolita • ¶ In Exquilina quoque cum turri & Colle uiminali, Quæ noningenties pedibus supra quindecies millies circumducebatur • Regia Serui Tulli per insulas octingētas qnquaginta supra ter millies, domos cētū octoginta, uicos qndecim, & totidē ædiculas • p Amphitheatrum castrēse, Campos cum Luco Exquilinū, & Viminalem sub aggere, Lucum quoque Fugutalem, Mineruam medicam, Isidē. patriciam • per

Domus Ciceronum.

Exqlina regio. V.

Regia Ser: tul:

D

Lauacrum Agrippinæ, Thermas Olympiadis, D. Alexandri Nymphæum, Cohortes septẽ uigilum simul p Macellum Liuianum, Lacum Promethei, Iunonis Lucinæ templum, Planci hortos, Mecœnatisque p aram quoqꝫ Iouis uiminei, Domos M. Crassi, Aquilii Iuris consulti, & Q. Catuli se ab Hercule Silano rursus ædificari efflagitante is terrifico aspectu acriter respondit. Si auidæ Crassi pe
, cuniæ nos hianteis nõ obruissent. Vt ego euersus
, te modo reficerem minime implorares. Nihil.n.in
, magno uiro tam odiosum, tam sordidum, tam pesti
, ferum quã est ipsa omnia sibi cupiens pessima aua
, ricia. Quippe nouos hæc sibi amicos non parat. & ueteres, siqui forte erant, dissoluit. Quo apud mortaleis nescio quid sit perniciosius.

Alta Semita Regio.vi.

¶ Alta item Semita quindecim millibus pedum & sexcẽtis ambiẽte Bellonæ Vicum, Mamurii, huiusque Plumbeã

Capitoliũ uetus

statuam, Floralia, Floræque & Circum, & templũ Capitolium uetus, Diuũ Fidium in colle, Sallustianos hortos, Attici domũ, Malum punicum ad qđ gentis Flauiæ & tẽplum a Domitiano D. & domus Thermas præterea Diocletiani, & Constantini, Decẽ tabernas, uicos duodecim, Aediculas sexdecim, insulas quinque & quingentas supra ter millies Domos quoque cẽties quadragies quinquies, Senatulũ mulierũ, Balinea Pauli, Ad gallinas albas, Areã Calidii, cohortes treis uigilũ a suis diis Quirino, Serapi, Apolline, & clatra. Fortuna ẽt publica

in colle·& demũ a Salute collina sospitē fieri se mi rum in modum intendente·hæc Inscitiā eius incre pans ait. Scriptũ fuit tibi in marmore in ueteri Ca pitolio·Quod & priuatus Diocletianus semper di cere solebat·Nihil difficilius,quā bene Imperare. Si id utique scisses·cum aliis ipsa dextram porrige res·tum ima nunc in rotæ depresso fundo non pē deres·uociferans ipsis ēt tyrannis·Et ego quoque Imperaui. ¶ Septima eodem pacto regio, Quæ Via lata dicebatur·duodecies millies septingēties pedibus continens Nymphæum Iouis, ædiculam Caprariam,Pila tyburtina,Campum Agrippæ,Ca sta gentiana,Sacellum genii Sangi,Tēplum solis, Tēpla ēt noua & Spei,& Fortunæ,& Quirini,Fo ra Suarium,& Archemorium·Equos Aeneos Tyri datis·Porticum adhæc Constantini,hortos Argia/ nos,Ad Mansuetos,Cohortes septem uigilum,In sulas tria millia trecentas octoginta quinque · Do mos quoque cētum uiginti,Vicos decem.Aedicu las duodecim·& inter reliqua patentē Ganymedis Lacum·seipsa metiens tacita æquo suæ mentis mo dulo·dũ nihil se in dies astringi proclamaret Qua draginta Vicomagistris dicebat,Curatoribusque duobus,&totidē denunciatoribus·Si Lacum flaui Ganymedis tam perdite nō coluissem·modo sic stri cta non ingemiscerē. ¶ In regione autem octaua, Quod Forum dicitur Romanum,flexu duodecim millium pedum octingentorum sexaginta septem

Nihil difficilius quā bene imp:

Via lata regio.vii

Equi Tyridatis.

Lacus ganymedis

Forũ Romanũ regio .viii.

ambiēs opera memoratiſſima Sacellum Pudiciciæ patriciæ, Templum Iulii Cæſaris in foro, Caſtorū ad Lacum Iuturnæ, Veſtæ, Romuli, Traiani cū foro & equo æneo, ac Columna coclide centum uiginti octo pedū altitudine, Cōcordiæ ſimul, Deorum penatium, Iani, Mineruæ & Atrium & delubrum, Vetus quoque & huius templum. Iouis inſuper optu: Maxu: ubi ſtatua uictoriæ aureæ erat. & præterea Titi & Veſpaſiani, Carmentæque. Aedes quoque uictoriæ uirginis dedicata a Portio Catone, opis, & Saturni i Vico iugario, Qui & Thurarius dicebatur. Vbi erant aræ opis, & Cereris cum ſigno Vertunni, Veiouis inter arcē & Capitoliū prope Aſylum, Iuuentæ, Iouis tonantis ab Aug: DD. in Cliuo capitolino, Herculis Victoris duas, alteram ad portam trigeminam, alterā in foro boario cognomine Rotundam, & Paruam, Matutæ etiā, & Vortunni in Vico thuſco, Concordia manens ſupra Græcoſtaſim dum horum omnium augmentum ſibi, & id non iniuria tribuit. malæ diſcordiæ contra meritam affigit ruinam. Vbi præterea Senior Saturnus falce terribili armatus, fronteque nec parum triſti reſpiciebat Roſtra P. R. Columnā cum ſtatua Marci Ludii, Milliarium aureū, Senatulum aureum, Pila Horatia, ubi tropæa locata nū cupabantur Curia, Equum æneum Domitiani, Ludum æmylium, Porticum Iuliam, Arcū Fabianū, Puteal libonis, Ianos duos, fœneratorum frequen

Colūna Traiani.

tia celebres·Regiã quoque Numæ, Stationes municipiorum, Forum Aug: cum æde Martis ultoris, Forum Cæſaris, Forum boarium, ac Piſcariũ, Cohortes ſex Vigilum, Lacum curtium, Baſilicam argentariam, Vmbilicum urbis, baſilicam Pauli cum phrygiis columnis·ficum pariter ruminalem in Comitio· Vbi & Lupercal· Vicum ligurum, Apollinẽ Tranſlatum a Lucullo ex Apollonia tricies cubitorum, Portam carmẽtalem uerſus circum flaminiũ, Capitolium, Curiam calabram · Vbi Pontifex minor dies pronunciabat·Signum Iouis imperatoris a præneſte deuectum·Aſilum ẽt, Horrea germanica, horrea agrippina, Aquam cernentem quatuor Scauros, Carcerẽ tullianum in media Vrbe foro imminentem, Porticum margaritariam, Ludos literarios, Vicum unguentarium · Elephantum ſimul herbarium, Vicos duodecim, & totidem ædiculas, Inſulas Octingenties octogies ſupra ter millies·& denique domos centum quinquaginta· Quæ oĩa is croceo liuore tinctus Ianum præcipue colentibus, ac uitreæ Fortunæ temeritati eorum nomen cõmittentibus oſtendens · cunctos una improbos docet·hominum omnia, In quibus tantopere miſeri laboramus·præter uirtutem in lubrico fundari. Et hic de uirtute nihil·niſi nomen, & id aliquando relinqui. ¶ Sic & Circus Flaminius regio uix pedibus triginta millibus & quingentis terminatus· Viris Antiquariis hæc exhibet perpendere · Tem

Carcer Tulian⁹

Circ⁹ flamini⁹ regio.ix.

Colūna D. Antonini. Pāthe꞉ꝛ. Colūna īdex belli īferēdi

pla Bruti Gallaici, D. Antonini cum coclide colū na centum ſeptuaginta quinque pedū altitudine, Boni euentus, Panthe꞉ꝛ Ioui ultori, Aedes Bello næ uerſus portam carmētalem ante quam colūna erat index belli inferendi · Iuturnæ ēt ad Aquam uirgineam, Vulcani in Circo flaminio, ædem anti quam Apollinis cum lauacro, Herculis circi huius magni cuſtodis, Iouem Pompeianum, Porticū ar/ gonautarum, Port: Philippi, & Cn: octauii Corin thiam · quæ prima duplex fuit · Delubrum Cn: Do mitii, Meleagricum, Iſium, Serapium, Mineruiū,

Theatrū balbi. Pompeii & Mar/ celli Villa publica ubi Gymna/ ſium. Sepul/ chrum Augg: Luculli horti Scipiōis fons

Mineruam chalcidicam, Cryptam Balbi, & eius Theatrū ſupra triginta millia locorū capax. Pom peii etiam, & Marcelli capax non minus quā illud Balbi · ubi Iani aliud erat tēplum · Thermas adhæc Adriani, Agrippæ, Neronianas, Quæ & Alexādri næ, Stabula Quatuor factionū, Carcerem cētum ſexaginta uirum, Villam publicam in campo mar tio · ubi primum populi Cenſus eſt habitus · gymna ſium noſtri tēporis publicū / Septa trigaria / Equi riam / Sepulchrum Augg: Ciconias nixas / Baſili cas Macidii / Martiani · Tricies itē Vicos, & tātun dem ædicularum / Domos centies quadragies / In ſulas tria millia ſupra ſeptingētas octoginta octo · At dum Bonus Euētus ne a delicioſis Luculli hor tis labilis terra decidat manibus, & pedibus adniti tur · Audi · a Scipionis perenni fonte Vox hæc mi nime ſuauis uenit. Non potes. Omnia. n. delicata

non durant. ℭ Palatium identidem regio intra pe des duodecim millia ſexcentos cõtinens templum Fidei, Aedẽ Iouis ſtatoris, uictoriſque, & Diiouis, Matris deum, Cui cõterminum fuit delubrum Soſpitæ Iunonis·Viriplacæ in Palatio, & Rhãnuſiæ, Apollinis·Vbi lychni pendebãt inſtar arboris poma ferẽtis·bibliothecas ſimul, Aram febris, Caſam Romuli, Domos Tyberianã, Ceioniorum, Auguſtanam, Dionyſi, Q. Catuli, Ciceroniſque· uictoriam quoque germanicianam, Curiam Veterẽ, Ad Mammeam, Velia, Vicos Curtarum, Padi, Fortunæ reſpicientis, Salutarem, Apollinis & Dici·Romam Inſuper quadratam, Pentapylon Iouis Arbitratoris, huius etiam Coenationem, Auguratoriũ, Lupercal, Septizonium Seueri, Imperii R. ſedem, Suelia · Et præterea Inſulas duo millia ſexcentas quadraginta quatuor, Domos octoginta octo, Prata Vacci·ubi fuerũt ædes Vitubrii Fundani·dum ſicut & aliæ inteſtino dolore quereretur·hæc tam fauſtiſſima quondam · ut exteri a remotiore etiam terra eorum latiſſima fama permoti uiſum confluerent·nunc tantum nomina, & antiquæ uirtutis eruta monumẽta· Iuppiter idem & uictor & ſtator reſpiciẽti Fortunæ clamabat·Et nos ſicut ſtrenue uicimus·ita fortiter ſtaremus·ſi bacchica iſtorum profuſa licentia mentem eis non eneruaſſet · Sed uæ quando uenenum nõ niſi cum dulci potatᷣ. ℭ Circus ẽt cum his Maximus regio undecima pedibus

Palatium regio.x.

Caſa Romuli.

Domus Ciceronis.

Septizoniũ ſeueri.

Circus Max: regio.xi.

bus undecies millies & quingenties septus. Inclu dens circum Maximum cum duodecim portis ca/ pientem loca trecenta octogintaquinque millia. Quom animaduertisset & gloriæ, & sui oblitã esse deambulantem (siqua est) Iuuentutem troianam. neque ruinam tẽplorum Mercurii, Castoris. neque ædium Ditis patris, Cereris, Veneris, Quæ memo ria fuit Fabii Gurgitis. Portunii ẽt ad pontẽ Aemy lium, & item eiusdem alterius ædis. neque Murciæ nymphæ, Pompeii, Pietatis ĩ Foro holitorio, Cõsi, quæ erat subterranea, ac Ius Matutæ. neque por/ tæ trigeminæ, Salinarũ, Apollinis Cœlispicis, Her culis oliuarii, Aræ maximæ, Fori holitorii. Vbi Co lumna Lactaria. ad quam infantes lacte alendi de ferebantur. & præter ista neque Velabri maioris, neque arcus Constantini aut dolere, aut curare. dũ non tã de mille & sexcentis Insulis, præter domos octoginta nouem, Vicos octo, & totidem ædicu/ las luget actum fuisse. quam in deterius quod rui/ næ reliquũ est, qđ pene nihil est. metuit, ne obrua tur. Mercurius sicuti est citus. ita prompte insulta uit dicens. Si me ut Lucri deum. ita & scientiæ, & doctrinæ sedulo coluisses. modo infra minimos te esse nõ lugeres. At dicis. has, quamuis magnæ, illo indigere: nec eo inficias. Verũ illud sine istis nec parum sordet. Sicut arma in bello sine uiris. ¶ Pi scina publica duodecima duodecim millibus pe/ dum circumscripta. eodem modo p duodecim ædi

Colũna Lactaria.

Piscina Publica Regio xii.

culas,& totidem uicos Almæ Veneris in primis,Piscinæ publicæ,Dianæ,Triarii,Saliētis aquæ,Laci tecti,Fortunæ mãmosæ,Colapeti pastoris, Portæ Rudusculanæ,Victoris,Portæ Neuiæ,& q Ceios dicitur·perque ædē bonæ deæ subsaxanæ,Priuata Adriani,Aream radicariam,Hortos Asinianos, Isidem antenodoriam, Caput uiæ nouæ·nec non per septem domos Parthorum,Domum Chilonis, Cornificiique,Cohortes treis uigilum,Fortunam mãmosam,Thermas Antonianas,Campum lanatarium·p domos ēt centū quatuordecim,Insulasque bis mille quadringētas octogintasex·dum tot beatarum memoriam animarum,quas ipsa tam molliter nutrierat·interiisse admiraretur·Atque ex marmoreis titulis coniectando,augurandoque eam reducere,reuocareque laboraret. Cornificius nō tã uitreæ fortunæ,quam adamãtina palladis dote suffultus,ingemiscens aiebat·Quoniam Almæ Veneri hæ plus æquo se dediderunt·earum palustris memoria cum musiuis domibus collapsa corruit. Etenim nihil tam celerius fortem, ac masculam ciuitatem domat,imo euertit· quam Iuuentus dedita libidinibus. ¶ Ibi hæc omnia lugubria quom his auribus attonitus hausissem, Licet longo itinere lassus,uiribus fere destitutus essem· tamen quom oïa gemitus,Oïa lachrymas,oïa ruinam mihi stupido circumferrēt·perterritus qdē statim remeassem·ni animus,sicut ē læta possidēdi·ita & mæsta audiēdi auidus me retinuisset. Siqdē Auētinus regio pe

Domus Cornificii.

Auētin Regio. xiii.

Auētini lachrymæ

dibus sexdecim millibus ducẽtis ambitu distentus. deplorabat in tẽplo, & Vico Dubiæ fortunæ non treis & cẽtũ domos. nõ Insulas duo millia quadrin gẽtas octoginta octo, quondã regũ, & deoꝝ sedes. nũc aũt Iumẽtoꝝ stabula. non decẽ & septẽ ædicu las, & totidẽ uicos. q modo a uictis fodiunt, arant, & ꝓscindunt. nõ ædẽ Consi, bonæ deæ in Auenti no, Templa Lunæ, Dianæ & Iunonis reginæ a Ca millo Veiis captis dedicatũ. nõ foꝝ pistoriũ, Armi lustrũ, Scholã Cassii, Porticum fabrariã, Thermas Varianas, Priuata Traiani, Mappã auream, Plata non, & alia tam memoratu, quã Luctu digna. sed Atriũ, & tẽplũ libertatis. tẽplũ erutũ. tẽplum cuius claues, & uestigia miseris Italis periere. O mirũ. O horrẽdũ. O lachrymosũ. Audi ne te pigeat. Quid dormis? Aperi tui ipsius oblite oculos. hic modo, hic. unde olim Romæ. unde sociis latinis. unde to ti Italiæ mera libertas effundebat. hic uulpes, lepo res heu, & Lupi latibula, & Lustra sibi excauant, ac securi ꝯponunt. O hoc aliud infandum. O auribus fortibus intolerabile. O ẽt uita functis odiosum. hic Vbi Atlas ille Italus oppidulum Capenã Iani ope, & auxilio cõdidit. atque permissu eius regiun culã illã Italiã de suo nomine nuncupauit. modo heu Vineta, Salicta, Arundineta auersis oculis mi sere cernunt. Non credis uera dicẽti. Surge, uide, dolebis. O totius Italiæ populi superbi. O animi non succumbentes. O quibus de uobis habita di/ splicet aliena gloria, & triumphus. O Partheno/

Claues li bertatis periere.

Atlas Ita lus.

Italia re giũcula.

pei clari heroes,quibus insignia renouantur Cli/ tellæ·O Veneti cauti rectores uulpina cauda sem per in malum uestrum (ut patebit) sufflãtes · O In subrium primi gallophili,si horum non filii.Ecqd si hoc titulo,& generoso nomine gaudetis Italico uestram domum labi in dies non uidetis?Lupis,& tygribus ẽt si aduenirent·in latibula,& prædam re linquendo; Et tu Romane oscitans,q sedendo uin cebas·cur modo pugnando a leporibus non te de fendis?Sum Clarus·est mihi genus a Pompeio.Ra mus mihi ducitur a Cæsare · Cato est mihi millesi/ mus·Fabius currit mihi in linea·esto.Etiã ipse Dar danus·Dum illi,Quos hi tui gentiles toties p trans uersas hastas ire impulerunt·te modo,nõ dico uin cant·quippe hoc iam tibi gloriosum·sed (miserũ) calceant,in præsepibus ẽt suis,& quadris opipare pascant. Educ ensem nunc Scepsie Romule·In/ torque horridam barbam·Deambula rectus·Dum Inertes cuculi super te cuculent·Vulpes ieiunæ a mundi finibus te fodiãt.Lupi quoque depasti in te ululẽt. Verumtñ hæc hactenus.ne nõ in Idea hæc audisse·sed ira percitus dixisse uidear. ℂProseqt ultima Trãstyberina regio·porrecta in pedes qua dringentos septuaginta octo supra triginta millia/ diuisa in uicos uicies bis Censorii,Gemini,Rostra ti,Longi Aquilæ,Statuæ ſiccianæ,Quadrati,Ra/ ciliani maioris,Raciliani minoris,Vicum Ianuclẽ sem,Bruttanum, Larum ruralium, Statuæ uale/ rianæ,uicum salutarem,Pauli,Sexti Luccii.S mi/

Parthe/nopei. Veneti. Insubres Roman⁹ sedendo uĩcebat. Transty beris Re gio.xiiii.

